AUGUSTINUS
Klosterneuburg, Ende 12. Jh. Seite 9r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=416
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tate carnis. neq; ex uoluptate uiri. s; ex
deo nati s. Vt aut hoies nascerent ex deo.
primo ex ipsis natus est deus. Xpc enim deus. et xc
natus ex hoibus non quesiuit quidem nisi matrem in terra.
quia iam patrem habebat in celo. natus ex deo
per quem efficeremur. et natus ex femina per quem
reficeremur. Noli ergo mirari o homo quia effice
ris per gratiam filius. quia nasceris ex deo secundum
uerbum eius. Prius ipsum uerbum uoluit nasci
ex homine. ut tu securus nascereris ex deo.
et diceres tibi. non sine causa deus nasci ex homine
uoluit. Nisi quia alicuius momenti me
existimauit. non immortalem me faceret.
et pro me mortaliter nasceretur. Ideo cum dix
issae ex deo nati s. quasi ne mirarem et
exhorrerem tantam gratiam. ut nobis in
credibile uideretur quia homines ex deo na
ti s. quasi securum te faciens ait. Et uerbum
caro factum est. et habitabit in nobis. Quid ergo
miraris quia homines ex deo nascuntur.
Attende ipsum dominum natum ex hoibus. Et
uerbum caro factum est. et habitabit in nobis.
Quia uero uerbum caro factum est et habitabit in
nobis. ipsa natiuitate colliriu fecit unde
tergerentur oculi nostri. ut possimus uidere
maiestatem eius per eius humanitatem. Ideo
factum est uerbum caro. et habitauit in nobis.
Sanauit oculos nostros. Et quid sequitur:
Uidimus gloriam eius. Gloriam eius nemo possit
uidere nisi humilitate carnis sanaretur.
unde non poteramus uidere. Intendat ergo
karitas uestra. et uidete quid dico. Irrue
rat homini quasi puluis in oculum. irrue
rat terra. sauciauerat oculum. uidere non poterat
lucem. Oculus iste sauciatus inunguitur terra.
Sauciatus erat. et terra illuc mittitur ut sa
netur. Omnia collirium et medicamenta nichil
sunt nisi de terra. De puluere cecatus es. de puluere
sanaris. Ergo caro te excecauerat. caro
te sanat. Carnalis enim anima facta
erat consentiendo carnalibus affectibus.
inde fuerat oculus cecatus. uerbum factum est caro.
Medicus iste fecit tibi collirium. Et quomodo sic
uenit ut de carne uicia carnis extin
gueret. et de morte occidit mortem. ideo
factum est inte. quomodo uerbum caro factum est ut
possis dicere. et uidimus gloriam eius. Qualem
gloriam. Qualis factus est filius hominis. illa hu
militas ipsius est non gloria ipsius. S; quae perducta est
acies hominis curata per carnem. Uidimus inquit
gloriam eius. gloriam quasi unigeniti a patre.
plenum gratia et ueritate. De gratia et ueritate
alio loco uberius in ipso eu glorio. si dominus dig
natus fuerit donare tractabimus. hec nunc
sufficiant. Edificamini in xpo. et confortamini
in fide. et gloria in bonis operibus. et a ligno
nolite recedere per quod possitis mare transire.

Abeo Explicit Omelia .ii. Incip. iii.
quod scriptum est. Iohannis testimonium perhi
bet de ipso. usque ad id. unigenitus filius qui
est in sinu patris ipse enar
rauit.

Gratiam et ueritatem dei quam plenus scis appa